

D. PETRI ANTONII
DE CHAVARRI ET EGVIA,
I. C. ARCOBRIGENSIS.

PURPUREA CALATRAVENSIS THESE-
ra Insigniti, Maiotis Archiepiscopalis Collegij,
D. Iacobo Zebædeo Sacri, Purpurati. Didasca-
liæ multiplicis Veteris, Mediæ, & Novæ
Jurisprudentiæ.

SECUNDA PARS.

AD EXCELLENTISSIMUM PRINCIPEM,
AC DOMINUM,
D. ANTONIVM ALVAREZ
DE TOLEDO ET BEAUMONT,
MAGNUM DVCEM ALVANVM,
Comestabilem Navarrae, Comitem
de Lerin.

SALMANTICAE E NOSTRO ARCHIE-
piscopali Athæneo Kalendis Decembris.
Anno nostræ reparationis
M. DC. LXXIX.

EX OFFICINA LUCAE PEREZ,
Typograph. Universitat.

PRINCIPVM OPTIMO,
 INTER OPTIMATES PRINCIPI, HE-
 ROVM ACCLAMATO EXEMPLARI,
 EXCELLENTISSIMO VNDEQVA-
 QVE DOMINO,
 D. D. ANTONIO ALVAREZ
 DE TOLEDO ET BEAUMONT.




MAXIMO amplissimæ gentis suæ vbiqve
 terrarum ornamento, clarissimo Duci Alva-
 no, & de Huescar, potentissimo Navarrae
 Comestabili, & Cancellario Maiori, Titu-
 lis millibus millies Comiti.

*Ut quid enim referre conabor, cum in angusto nequeant
 margine circumscribi?*

Comiti de Lerin, & de Salvatierra, amplissimo Caurië-
 sis Urbis Marchione, & de Villanueva del Rio, Comiti
 de Orno, del Barço de Avila, & Piedrahita, Granaten-
 sis Status Domino, & Domino de Booyo, & la Orcajada;
 ac tandem Domino Baroniarum de Guesen, Culten, Pi-
 nos, & Matablana, Alcolea de Conca, & Castellon de
 Farfania. A Regijs belli, pacisque, seu Status Consilij,
 & Latij PP. &c.

Publici decoris mater (aiebat Theodoricus Rex, Prin-
 cept Excellentissime) est mens regentis, & quale fuerit
 dominantis arbitriū, talem parit libertatis aspectum. Qua
 sententia aptius nihil huius mee nuncupationis causas, &
 conditionem designat, auspicij denique scelicitatem ex-
 pandit. Publicum lucis decus, aut publici decoris lucem
 exambit hic liber: quo ergo tendat, nisi ad publici deco-
 ris matrem, tuam videlicet ex altissimo vertice maiesta-
 tis, & munerum æque late, ac benevolè collucentis, & do-
 minantis mentē? Penes te, fato quidē meo scelicissimo, re-
 rum omnium mearum arbitrium: non te igitur alio liber-
 tatis aspectu vacavit adorare, quam qui me vix liberum
 traheret ad pulcherrimæ obsequium clientelæ. Sed libet
 Regijs verbis imprimere altius vestigia, ut propius ad au-
 gustissimum limen Regij te splendoris Heroem saluta-

Ex Cas-
 siod. var.
 3. 12.
 super Ar-
 gologico.



CAP. I.

Exponitur textus in l. x. § ad municipium §. ff. ad legem Falcidia. Ad cuius interpretationem, & illustrationem leviter, & breviter agitur de legatis municipibus relictis, necnon & Dijs; atque etiam asseritur leges Papias Deos obstringere, ac denique de avaritia ethnicorum Sacerdotum aliqua iactantur, ex quibus lux Paulo praefertur.



PRÆ manibus habemus I. C. Paulum lib² sing. ad legem Falcidiam melioris iurisprudentiæ, rore madidum; & interpretationis luce prorsus desertum in l. x. §. ad municipium §. ff. ad leg. Falcid. cuius textus illustrationem sequenti serie peragemus: prius de testamenti factione passiva, sive capacitate civitatum municipiorum; ac vicorum capiendi ex testamento brevi verborum agemus circulo; quia non laxam huius rei tractationem instituimus: postmodum de passiva testamenti factione Deorum sine prolixitate transcurram aliqua; ultimo loco mei voti aggrediar metam, & præcipuam textus discussionem de deductione falcidiæ in legatis Deorum hinc